LECC[...] [...]I PAULI APLI AD ROMANO[S]

FRS. Condelector legi di. secundum interiorem ho
minem. Video autem aliam legem in membris meis
repugnantem legi mentis meae. & captiuum me du
centem in lege peccati. quae est in membris meis.
Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mor
tis huius. gratia di per ihm xpm dnm nrm.

LECE P BEATI PAULI APLI AD GALATAS

FRS. Si praeoccupatus fuerit homo in aliquo de
licto. uos qui spiritales estis huiusmodi instruite
in spu lenitatis. Considerans teipsum. ne & tu temp
teris. Alter alterius onera portate. & sic adimple
bitis legem xpi. SEQ SCI EUANG [...]

In illo temp. Dixit ihs discipulis suis. Petite. & dabi
tur uobis. Quaerite. & inuenietis. Pulsate. & aperi
etur uobis. Omnis enim qui petit accipit. & qui
quaerit inuenit. & pulsanti aperietur. Quis autem
ex uobis patrem petit panem. numquid lapidem
dabit illi. Aut piscem. numquid pro pisce serpentem
dabit illi. Aut si petierit ouum. numquid porriget
illi scorpionem. Si ergo uos cum sitis mali. nostis
bona data dare filiis uestris. Quanto magis pater
uester de caelo. dabit spm bonum. petenti bus se.

In illo temp. dixit ihs discipulis suis. SEC MARC[UM]
Habete fidem di. Amen dico uobis. quia si quis dixe
rit huic monti tollere & mittere in mare. & non
haesitauerit in corde suo. sed crediderit quia quaecumq.
dixerit fiat. fiet ei. Propterea dico uobis. Omnia
quaecumq. orantes petitis. credite quia accipietis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_485/0008